



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1656

§. 65. Exierunt in montem Oliuarum. v. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

igitur ij faciunt religiosi ceterique, qui absolutis prandijs ac cœnis; debus pijs ac spiritu promouentibus ad horam colloquuntur ne somno se dedant refecti, vel inepto sermone.

Domine Deus verba vana, verba noxia, verba impia longè fac à nobis maxime cum cibo & potu reficimur aut refecti sumus, tunc enim lingua est agilis ad malum.

§. 65. Exierunt in montem Oliuarum. v. 26.

De cœnaculo prandij illo & strato, omnibus relictis in eo, non utriusdam faciunt sublecta aliqua te post valedictionem hero Domus honesta factam, è portis ciuitatis Hierusalem exierunt ad montem non supra montem sed ad decliue & vallem montis oliuarum vbi florentia prata, & rivulus Cedron perfluit, & hori amœni, vt in ijs. caperetur à ludæis secundus noster hic Adam, & dilueret pœnam, & peccata, primi Adam parentis nostri, qui & ipse in horto fuit sed valde dissimili modo se gessit. nam in eo & peccauit & captiuus factus est diabolo. Christus autem obediuit ad mortem, & libertatem omnibus comparare cepit. O egressum consideratione dignum, quo exibat Christus de cœnaculo & introiuit in hortum. Exiuit ergo quasi ad amœna paradisi, vt quia primus homo in ijs per inobedientiam omnem amiserat libertatem, ipse eam restitueret per obedientiam patri: ergo in amœnis paradisi per Adam morbum contraxit mundus, & in ijsdem salutem recuperauit per Iesum Christum Dominum nostrum vnde bene exiuit ad montem oliuarum; hoc est omnis miserationis, vt doceret passionem suam esse opus infinitæ misericordiæ, & suauitatis, quæ orbem terrarum impletet oleo lætitiæ & salutis.

Vtinam Domine Deus noster cum eximus vel domo vel ciuitate, dirigantur viæ nostræ ad custodiendas iustificationes tuas, vnde in eis verecundamur quod sapius non modo nullius momenti causa foras egressi fuimus: sed etiam cum graui animæ nostræ detrimento, quando cum fine exiimus vt pedes nostros in cœnosis peccatorum semitis inquinemus: te igitur suppliciter rogamus Domine Deus vt nos deinceps conserues ne offendamus in vijs huius vitæ innumeris plenæ periculis. ne abducamur occasione cuiuscunque rei, quam vel viderimus vel audierimus semitis mandatorum tuorum, sint egressus & regressus nostri ad tuam gloriam proximique salutem tecum conficiendam.

§. 66. Et ait Iesus omnes scandalizabimini in me in nocte ista. v. 27.

Scandalizari vero contingit, cum quis occasione aliunde accepta spiritualiter